

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## C. Cornelii Taciti Opera Qvæ Exstant

Tacitus, Cornelius

Antverpiae, 1668

Liber XVI

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1742](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1742)

A  
C. CORNELII TACITI  
AB EXCESSV DIVI AVGVSTI  
ANNALIVM LIBER XVI.  
BREVIARIVM LIBRI.



B ALSI thesauri in Africâ reperti: inque ijs Neronis vanitas. Qui Romæ quinquennale certamen certat, prorsus histrionum in morem. Poppæa moritur: eique amplum funus ductum. C. Cassius & L. Silanus in exsilium pelluntur: posterior denique interficitur, ac plures alij. In Campaniâ magna & prodigij loco tempestas. Anteius & Ostorius ad mortem aguntur, Mella, Crispinus, Petronius. Thræseas Patrus etiam accusatur, tunc lumen Romani orbis: & Bareas Soranus. damnantur, & ipsi se absoluunt. Anni unius hæc gesta: quia reliqua libri Fatum inuidit.

C. SVETONIO. L. PONTIO TELESINO COSS.



C LLVSIT dehinc Neroni fortuna per vanitatem ipsius, & promissa Cællij Bassij, qui origine Pœnus, mente turbidâ, nocturnæ quietis imaginem ad spem haut dubiam retraxit. Vectusque Romam, Principis aditum emeratus, expromit repertum in agro suo specum altitudine immensâ, quo magna vis auri contineretur, non in formam pecuniæ, sed rudi & antiquo pondere. Latere quippe prægraues iacere, astantibus parte aliâ columnis. quæ per tantum æui occulta, augendis præsentibus bonis. Ceterum vt coniectura demonstrat, Didonem Fenissam Tyro profugam, conditâ Carthagine, illas opes abdidisse, ne nouus populus nimiâ pecuniâ lasciueret: aut reges Numidarum & alias infensi, cupidine auri ad bellum accenderentur. Igitur Nero non auctoris, non ipsius negotij fide satis spectatâ, nec missis visoribus per quos nosceret, an vera assererentur, auget vltro rumorem; mittitque qui velut partam prædam adueherent. Dantur trirèmes & dilectum nauigium, iuuandæ festinationi. nec aliud per illos dies populus credulitate prodentis diuersâ famâ tulerat. Ac fortè quinquennale ludicrum secundo lustio celebrabatur: oratoribusque præcipua materia in laudem Principis assumpta est. Non enim tantum solitas fruges, nec metallis confusum aurum gigni, sed noua vbertate prouenire terras, & obuias opes deferre deos. quæque alia summâ facundiâ, nec minore adulatione seruilia fingebant, securi de facilitate credentis. Gliscebant interim luxuria spe inani, consumebanturque veteres opes, quasi oblati quas multos per annos prodigeret. Quin & inde iam largiebatur. Et diuitiarum expectatio, inter causas paupertatis

Cap. 1.  
Mag. the-  
sauri ijs  
Neroni fa-  
cta.

Quem Dido  
om abdi-  
didit.

Cap. 2.  
Ille credit.

Mitti qui  
adueherent.

Oratores &  
vates etiam  
hæc publi-  
cant.

Cap. 3.

Delusi om-  
nes.

COMMENTARIVS.

1. **N**EC MISSIS VISORIBVS.] Ita inuisores Apuleius dixit, etsi alio quodam sensu, i. Florido: Siquis fortè in hoc pulcherrimo cœtu ex illis inuisoribus meis malignus sedet. Mirum ni Sallustio quoque hæc vox restituenda apud Fabium l. IX. Vnde vsque eò processum est, vt non pœniturum pro non acturo

pœnitentiam: & Visuros, ad videndum missos idem auctor (Sallustius) dixerit. Puto Visores: & hinc sumsisse nostrum.

2. ORATORIBVSQVE PRÆCIPVA.] Vatic. abaratoribus oratoribusque. Legerim, ac rhetoribus oratoribusque: vel, ac vaticibus oratoribusque. Certè, & vates & oratores, Musico illo agone certasse scimus.

Nihil, præter  
nihil, reper-  
tum.  
Somnator se  
interimit.  
Cap. 4.

Nero publicè  
citharâ, etiâ  
Roma canit:

Accuratè, ex  
scenicâ lege.  
Plebs urba-  
na applau-  
dit:  
Cap. 5.  
Non illa se-  
uera, ac ru-  
stica.

Per vim ve-  
renti specta-  
tores.

tatis publicæ erat. Nam Bassus<sup>3</sup> effosso agro suo, latifque circum aruis, dum hunc vel A  
illum locum promissi specus adseuerat, sequunturque non modò milites, sed populus  
agrestium efficiendo operi assumptus, tandem positâ vecordiâ, non falsa antè somnia sua,  
seque tunc primùm elusum admirans, pudorem & metum morte voluntariâ effugit.  
Quidam vinctum ac mox dimissum tradidere, ademptis bonis in locum regie gazæ. In-  
terea senatus propinquo iam<sup>4</sup> lustrali certamine, vt dedecus auerteret, offert Imperatori  
victoriam cantus, adiecit facundiæ coronam, quâ ludicra deformitas velaretur. Sed Ne-  
ro nihil ambitu nec potestate senatus opus esse dictitans,<sup>5</sup> se æquum aduersus æmulos,  
& religione iudicum meritam laudem assecuturum, primò carmen in scenâ recitat: mox  
flagitante vulgo, vt omnia studia sua publicaret (hæc enim verba dixere) ingreditur  
theatrum, cunctis citharæ legibus obtemperans: ne fessus resideret; ne sudorem, nisi eâ  
quam indutui gerebat veste detergeret: vt nulla oris aut narium excrementa viserentur.  
Postremò<sup>6</sup> flexus genu, <sup>7</sup> & cœtum illum manu veneratus, sententias iudicium oppre-  
riebatur ficto pauore. Et plebs quidem vrbis, histrionum quoque gestus iuuare solita, B  
personabat<sup>8</sup> certis modis, plausuque composito. Crederes lætari, ac fortasse lætabantur,  
per iniuriam publici flagitij. Sed qui remotis è municipijs,<sup>9</sup> seueramque adhuc, & an-  
tiqui moris retinentes Italiam, qui que per longinquas prouincias lasciuia inexperti of-  
ficio legationum aut priuatâ vtilitate aduenerant, neque aspectum illum tolerare, neque  
labori inhonesto sufficere: cum manibus nescijs fatiscerent, turbarent gnaros, ac sæpè à  
militibus verberarentur, qui per cuneos stabant, ne quod temporis momentum impa-  
ri clamore, aut silentio segni præteriret. Constitit plerosque equitum, dum per angu-  
stias aditus & ingruentem multitudinem enituntur, obtritos: & alios, dum diem no-  
ctemque

3. EFFOSSO AGRO.] Simillima stultitia Pompeij exercitum incidit, cum is in eadem Africâ, contra Domitium & Iarbam, militaret. Nam cum quidam thesauros aliquos casu repperissent: fuere qui dicerent persuaderentque, totum eum locum auri plenum, à cladibus Pænorum ibi repositi. Atque ita miles audus ad fodiendum se dedit per plures dies, Pompeio ridente simul & indignante, tantam illam multitudinem stultâ auaritiâ & labore fatigari: donec tandem fessi & irriti, clamarent, Duceret iam quod vellet, satis se pœnarum stultitiæ suæ dedisse. Plutarchus in Pompeio.

4. LUSTRALI CERTAMINE.] Siue Quinquennali. Quod hic quidem anno sexto celebrari, miratur vir doctissimus, & erroris, cui latebra non sit, panè Tacitum accusat. Nam debebat quinto celebrari, inquit, quattuor dumtaxat annis interiectis. An distulisse Neronem aliquis dixerit? ille verò anteuenire solet, cupidine certaminum, & ante præstitutam diem renouare, quod Suetonius in Nerone, cap. XXI. scripsit. Hæc vir ille magnus. Ego autem si quid video, aut firmiter numero, abnuo Tacitum ultra quintum annum produxisse. Ecce institutum est Nerone IV. Cornelio Cossio Coss. vrbis anno DCCCXIII. nunc secundo editur, Silio & Attico Coss. anno DCCCXVIII. Certè ab illo ad istum ipsi anni quattuor intersunt, & quinto nunc anno editur; aut omnes calculi me fallunt.

5. SE ÆQUVM.] Quasi diceret, se æqualem & parem in hoc certamine. Sed non displicet, quod olim comeci, seque vnum aduersus æm.

6. FLEXVS GENV.] Imò & sollennia histrionum verba hæc pronuntians, Κύριοί με εὐδράως με ἀκκῶσατε, Domini mei audite me libenter. Ex quo intellegis quid Principium apud Suetonium sit Nerone. cap. XXI. Vtque constitit peracto principio, Nioben se cantaturum per Cluuium Rufum pronuntiatuit.

Anteloquium scilicet illud citharædicum, emerendi fauoris: vt & principia quedam, legitimo carmine, olim oratorum. De adoratione manu, dico ad lib. I Histor.

7. ET COETVM ILLVM MANV VENERATVS.] In culpâ ponit Tacitus. Tamen Imperatoribus postea id seruatum, vt sollenni ritu populum adorarent in Circo. Claudianus pulchrè De VI. Cons. Honorij.

O quantum populo secreti numinis addit Imperij præfens species! quantamque rependit Maiestas alterna vicem! cum regia, Circi Connexu gradibus, veneratur purpura, vulgus: Consensuque cauæ sublati in æthera vallis Plebis adorata reboat fragor.

8. CERTIS MODIS, PLAVSVOQE COMPOSITO.] Ars enim, si dis placet, vtriusque rei: acclamandi, & plaudendi. Itaque addit, cum manibus nescijs fatiscerent, turbarent gnaros. In edicto Theoderici regis ad populum Rom. lib. I. Variar. Casiodori: Soletis aëra ipsum mellifluis implere clamoribus, & vno sono dicere quod ipsas quoque belluas delectet D audire. profertis voces organo dulciores, & ita sub quadam harmoniâ citharæ concantum theatrum per vos resonat; vt tonos possit quilibet credere, quàm clamores. Modulatum hunc clamorem, concentum appellat Plinius in Panegyrico: Et populus quidem Rom. dilectum principum seruat, quantoque; paullo antè concentu formosum alium, hunc fortissimum personat. Dio, Εὐρύθμως ἐκβοῶν, in Pertinace: Ὅσα τε εἰώθησαν ἐν τοῖς θεάτροις ὅτι τῆ τῆ Κομμοδῆ θεραπεία εὐρύθμως πως ἐκβοῶν, ταῦτα τότε μεταρρηματίζοντες ἐς τὸ γελοῖοτάτων ἐξῆδον. Vide quedam huius rei ad I. Histor.

9. SEVERAMQVE ADHVC.] Rod. Agricola legebat: seueramque, & retinente Italiâ.

10. QVIP-

A etiamque fedilibus continuant, morbo exitiabili correptos. <sup>10</sup> quippe grauior inerat metus, si spectaculo defuissent, multis palam & pluribus occultis, ut nomina ac vultus, alacritatem, tristitiamque coeuntium scrutarentur. Vnde tenuioribus statim irrogata supplicia, aduersus illustres dissimulatum ad praesens, & mox redditum odium. Ferebantque <sup>11</sup> Vespasianum tamquam somno conuieret, a Phœbo liberto increpitum, ægreque meliorum precibus obiectum: mox imminentem perniciem maiore fato effugisse. Post finem ludicri Poppæa mortem obiit, fortuita mariti iracundiâ, a quo grauida ictu calicis afflicta est. Neque enim venenum crediderim, quamuis quidam scriptores tradant, odio magis quam ex fide. Quippe liberorum cupiens, & amoris vxoris obnoxius erat. Corpus non igni abolitum, ut Romanus mos: sed regum externorum consuetudine, <sup>12</sup> differtum odoribus conditur, tumuloque Iuliorum inferitur. Ductæ tamen publicæ exsequiæ, laudauitque ipse apud rostra formam eius, & quod diuinæ infantis parens fuisset, aliisque fortunæ munera pro virtutibus. Mortem Poppææ ut palam tristem, ita recordantibus lætam ob impudicitiam eius sanitiâque, nouâ insuper inuidiâ Nero compleuit, prohibendo C. Cassium officio exsequiarum. quod primum indicium mali, neque in longum dilatatum est. Sed Silanus additur. nullo crimine, nisi quod Cassius opibus vetustis, & grauitate morum; <sup>13</sup> Silanus claritudine generis, & modestâ iuuentâ, præcelebant. Igitur missâ ad senatum oratione, remouendos a Rep. utrosque differuit. Obiectauitque Cassio quod inter imagines maiorum, etiam C. Cassij effigiem coluisset, ita inscriptam: <sup>14</sup> DVCI PARTIVM. Quippe semina belli ciuilis, & defectionem a domo Cæsarum quæsitam. <sup>15</sup> Ac ut memoriâ tantum infensu nominis ad discordias vteretur, assumpsit L. Silanum iuuenem genere nobilem, <sup>16</sup> animo præruptum, quem nouis rebus ostentaret. Ipsum dehinc Silanum increpuit iisdem quibus patrum eius Torquatam, tamquam disponderet iam imperij curas, præficeretque rationibus & libellis & epistolis libertos: & inania simul & falsa. Nam Silanus intentior metu, & exitio patrum

Inquisitum  
in vultus &  
voci.

Vnde Vespasiano periculum.

Cap. 6.  
Poppæa moritur.

Mors nouo  
sepulta.

Nero eam  
pro rostris  
laudauit.

Cap. 7.

Cassius &  
Silanus ac-  
cusati:  
Ob virtutes:

Tamen ridicula  
quædam  
prescripta:

Cap. 8.  
Aussa.

C 10. QUIPPE GRAVIOR INERAT METVS.] O ludos, ô ineptias, sed cruentas & tristes! Nam mors comes aut exsilium, si quis segniter audiisset scilicet hunc Phœbum. Philostratus scite narrat, Apollonium venisse Romam, & in hospitium quoddam, per hæc tempora, diuertisse. Ibi autem hominem quemdam, scenico habitu, citharam tenentem & pulsantem, cantantem etiam, sed rudi & absônâ voce, superuenisse, qui solitus esset urbem ita perambulare, & Neronis carmina cantillare. Quæ si quis aut negligentius audisset, aut mercedem condignam non dedisset, ab eo tamquam impietatis reus conuictus petebatur, & in carcerem ducebatur. Cordam præterea, vsu detritam & fractam, quæ in ipsâ Neronianâ citharâ fuisset, ut ceimelium aliquod in arculâ ferebat: atque eam emptam sibi duabus minis ferebat. nec cuiquam porro venditurum, nisi qui præstantissimus in eâ arte esset, & aliquando Pythiis vicisset. Atque addit, Apollonium ipsum & comites eius, cum affici non viderentur, accusatos ab eo ut Diuinæ vocis contemtores, sed mercedulâ tamen datâ hominem placasse. Hæc libro IV.

11. VESPASIANVM A PHOEBO.] Hoc igitur periculum Romæ adijt, ut hic Tacitus: sed simile in Achaia. de quo Suetonius Vespasiani cap. IV. Peregrinatione Achaicâ inter comites Neronis, cum cantante eo aut discederet, aut præsens obdormisceret, grauiissimam contraxit offensam: prohibitusque non contubernio modò, sed etiam publicâ salutatione. Itaque sepius in istâ re subru-

sticus & verè Sabinus vir peccauit. Quod porro ad Phœbum, is libertus admissionum fuit, ex Suet. Vespas. cap. XIV. De eo lapis,

TI. CLAVDIO. AVG. L.  
PHOEBO.

CLAVDIA. PANA' TYCHIS.

12. DIFFERTVM ODORIBVS.] Plinius de Arabia: Periti rerum adfirmant, non ferre tantum annuo fœtu, quantum Nero princeps nouissimo Poppææ suæ die concremauerit.

13. SILANVS.] Suspicio eum esse, cui postea statua in foro posita, curante Capitone. Quâ de re Plinij epistola tota, lib. I. ad Cornelium Titianum. Corrupte hoc nomen scriptum in Commentario Iuuenalis, ad illud Sat. I.

—magni delator amici.

Heliodorum dicit Stoicum Philosophum, qui Licinium Silanum condiscipulum suum testimonio oppressit. Lege, L. Iunium.

14. DVCI PARTIVM.] Budensis codex, Dux. non malè. Hæc autem historia est: quam eleganter Ambros. I. Offic. tangit. Si tyranni aliquis habeat imaginem, nonne obnoxius est damnationi? Memini legisse me quosdam capitali supplicio damnatos, quia Bruti & Cassij interfectorum Cæsaris imagines asseruarent. De titulis autem imaginum scripsi in in Electis, cap. XXIX.

15. AC VT MEMORIA.] Lego, ac ne.

16. ANIMO PRÆRVTVM.] Non, promptum: ex Vaticano. Præruptus, uti Præfractus, de ijs qui rigidâ effreniq; audaciâ sunt. Ita Ciceroni pro Roscio, Prorupta audacia, dicta.

Additur Lepida, Cassij uxor.

Cap. 9. Illi in exsilium pulsati. Sed Silanus paullo post interfecit.

Cap. 10. L. Vetus item accuatus:

Idem à liber-  
to.

Filia pro eo  
intercedit:

Nec impe-  
trat.  
Cap. 11.

Miserabile  
trina mortis  
exemplum.

patrui ad præcauendum exterritus erat. Inducit posthac vocalulo indicitur, qui in Lepidam Cassij uxorem, Silani amitam, incestum cum fratris filio & diros sacrorum ritus confugerent. Trahebantur ut conscij <sup>17</sup> Vulcatius Tullinus ac <sup>18</sup> Marcellus Cornelius senatores, & <sup>19</sup> Calpurnius Fabatus eques Romanus: qui appellato Principe instantem damnationem frustrati, mox Neronem circa summa scelera distentum; quasi minores euasere. Tunc senatusconsulto Cassio & Silano exsilia decernuntur; de Lepidâ Cæsar statueret. Deportatusque in insulam Sardiniam Cassius, & <sup>20</sup> \* senatus ius expectabatur Silanus tamquam Naxum deueheretur, Hostiam amotus; post municipio Apuliæ, cui nomen est Barium, clauditur. Illic indignissimum casum sapienter tolerans, à centurione ad cædem misso corripitur. Suadenti que venas abtumpere; animum quidem morti destinatum ait, sed non permittere percussori gloriam ministerij. At centurio quamuis inermem, præualidum tamen & iræ quàm timori propiorem cernens, premi à militibus iubet. Nec omisit Silanus obniti, & intendere ictus quantum manibus nudis valebat, donec à centurione vulneribus aduersis tamquam in pugna caderet. Haut minus **B** promptè L. Vetus, socrusque eius Sextia & Pollutia filia necem subire: inuisi Principi, tamquam viuendo exprobrarent interfecit esse Rubellium Plautum generum Lucij Veteris. Sed initium detegendæ scuitiæ præbuit interuersis patroni rebus ad accusandum transgrediens Fortunatus libertus, ascito Claudio Demiano, quem ob flagitia victum à Vetere Asiæ proconsule, exsoluit Nero in præmium accusationis. Quod ubi cognitum reo, seque & libertum pari sorte componi, Formianos in agros digreditur. Illic cum milites occultâ custodiâ circumdant. Aderat filia super ingruens periculum longo dolore atrox, ex quo percussores Plauti mariti sui viderat: tuentamque ceruicem eius amplexa, seruabat sanguinem, & vestes resperfas, vidua implexa luctu continuo, nec ullis alimentis, nisi quæ mortem arcerent. Tum hortante patre, Neapolim pergit. Et quia aditu Neronis prohibebatur, egressus obsidens, audiret insontem, néve consulatus sui <sup>21</sup> quondam collegam dederet liberto, modò muliebri eiulatu, aliquando sexum egressa, voce infensâ clamitabat. donec Princeps immobilem se precibus & inuidiæ iuxta ostendit. Ergo nuntiat patri abijcere spem, & uti necessitate. Simul affertur parati cognitionem **C** senatus, & trucem sententiam. Nec defuere qui monerent magnâ ex parte heredem Cæsa rem nuncupare, atque ita nepotibus de reliquo consulere. quod aspernatus, ne vitam proximè libertatem actam nouissimo seruitio scedaret, largitur in seruos quantum aderat pecuniæ: & si qua asportari possent, sibi quemque deducere, tris modò lectulos ad suprema retineri iubet. Tunc eodem in cubiculo, eodem ferro abscindunt venas, prope-ri que & singulis vestibibus ad verecundiam velati, balneis inferuntur. pater, filiam; auia, neptem; illa utrosque intuens, & certatim precantes labenti animæ celerem exitum, ut relinquerent suos superstites & morituros. Seruauitque ordinem fortuna: ac senior prius, tum cui prima ætas, exstinguuntur. Accusati post sepulturam, decretumque ut more maiorum punirentur. Et Nero intercessit, <sup>22</sup> mortem sine arbitrio permittens. ea cæ-  
dibus

17. VULCATIVS TVLLINVS.] Credo, Tertullinus: superuixitque ad principatum Vespasiani. Lib. 14. Histor. Vulcatius Tertullinus tribunus plebei intercessit.

18. MARCELLVS CORNELIVS.] Quem Galba deinde interfecit. lib. 1. Histor. Quam gloriam ad principatum attulit, nisi occisi Obultronij Sabini, & Cornelij Marelli in Hispaniâ? Noto eò, quia Tacitus ipse admonet, euasisse eos hoc discrimen, & Neroni superfuisset.

19. CALPVRNIVS FABATVS.] Ille profocer Plinij Secundi.

20. \* SENATVS IVS EXPECTABATVR.] Vultus, cui non medeor. Palmerius legit (ita ab Hieron. Berchemio accepi, veteri meo amico) Senatus iussus spectabatur. Franciscus Medices: & senectus eius ex-

spectabatur. At de exsilio Cassij, conuenienter cum **D** Tacito Pomponius De orig. iuris: Caius Cassius Longinus plurimum in ciuitate auctoritatis habuit, donec eum Cæsar (Nero, non Claudius, ut censent) pelleret: expulsusque ab eo in Sardiniam, reuocatus à Vespasiano. De eximia eius scientiâ, noſter lib. XII. Eâ tempeſtate Cassius ceteros præeminebat peritiâ legum. Plinius lib. VII. Epist. Lætor quoddam C. Cassij, huius qui Cassianæ scholæ princeps & patens fuit, seruiet domino non minori.

21. QVONDAM COLLEGAM.] Primo imperij eius anno.

22. MORTEM SINE ARBITRIO PERMITTENS.] Clarissimus Faber bis huncce locum attigit. Primo ei visum legere, mortem libero arbitrio: post maluit,

A dibus peractis ludibria adijciebantur. P. Gallus eques Romanus, quod Fenio Rufo intimus, & Veteri non alienus fuerat; aquâ atque igni prohibitus est: Libertò & accusatori præmium operæ, locus in theatro <sup>23</sup> inter viatores tribunicios datur. Et mensis qui Aprilis eundemque Neronem sequebatur; Maius Claudij, <sup>24</sup> Iunius Germanici, vocabulis mutantur: testificante Cornelio Orfito qui id censuerat, ideò Iunium mensis transmissum, quia duo iam Torquati ob scelera interfecti; infaustum nomen \* Iunij tum fecissent. Tot facinoribus fœdum annum etiam dii tempestatibus & morbis insigniuere. Vastata Campania turbine ventorum, qui villas; arbuta, fruges passim dissecit; pertulitque violentiam ad vicina vrbi. In quâ omne mortalium genus vis pestilentia depopulabatur, nullâ cæli intemperie quæ occurreret oculis. Sed domus corporibus exanimis, itinera funeribus complebantur. Non sexus, non ætas periculo vacua. Seruitia perinde ac ingenua plebes raptim exstingui, inter coniugum & liberorum lamenta; qui dum assident, dum deflent, sæpè eodem rogo cremabantur. Equitum senatorumque interitus quamuis promiscui, minùs flebiles erant, tamquam communi mortalitate sæuitiam Principis præuenirent. Eodem anno dilectus per Galliam Narbonensem Africamque & Asiam habitus sunt, supplendis Illyrici legionibus, ex quibus ætate aut valetudine fessi, sacramento soluebantur. <sup>25</sup> Cladem Lugdunensem quadragies festerio solatus est Princeps, vt amissa vrbi reponeret. quam pecuniam Lugdunenses antè obtulerant, turbidis casibus. C. Suetonio, <sup>26</sup> L. Telesino Cos. Antistius Sostianus factitatis in Neronem carminibus probrosis, exsilio, vt dixi, multatus, postquam id honoris indicibus tamque promptum ad cædes Principem accepit, inquieto animo, & occasionum haut segnis, Pammenem eiusdem loci exsulem, & Chaldæorum arte famosum, eoque multorum amicitijs innixum, similitudine fortunæ sibi conciliat. Ventitare ad eum <sup>27</sup> nuntios & consolationes non frustrà ratus, simul annuam pecuniam à P. Anteiò ministrari cognoscit. Neque nescium habebat, Anteiò caritate Agrippinæ inuisum Neroni, opesque eius præcipuas ad eliciendam cupidinem, eamque causam multis exitio esse. Igitur interceptis Anteiij litteris, furatus etiam libellos quibus dies genialis eius, & euentura, secretis Pammenis occultabantur, simul repertis quæ de ortu vitaque Ostorij Scapulæ composita erant, scribit ad Principem, magna se & quæ incolumitati eius conducerent allaturum, si breuem exsiliij veniam impetrauisset. quippe Anteiò & Ostorium imminere rebus, & sua Cæsarisque fata scrutari. Exin missæ liburnicæ, aduehiturque properè Sostianus. Ac vulgato eius iudicio, inter damnatos magis quam inter reos

Cap. 12.

Honores Neroni.

\* nomen Iunium fecissent.

Cap. 13.

Tempestas in Campania. Pestis notabilis Romæ.

Lugduno cõbusta subuenit Nero.

Cap. 14.

A. V. C. DCCCXIX Sostianus exsul.

P. Anteiò accusat.

Et Ostorium.

Anteiò

maluit, suo arbitrio. Quod postremum magni vatis effatum iure placet: magis tamen meum, mortem sine arbitro. Et adseuerem eam Cornelij scripturam esse, à Florentino etiam codice (vt postea comperi) approbatam. Mors sine arbitro; libera, sine domino, sine iudice. Simile lib. 1. Annal. An præmia sub dominis, pœnas sine arbitro esse?

D 23. INTER VIATORES TRIBUNICIOS.] Qui spectasse videntur non abiuncto à Tribunis loco; vt ad obsequia apparere possent. Hoc autem inter præmia: quia Tribunos honestissimo loco spectasse, vel hinc colligas, quod Cæsari Iulio inter honores decretum: vt semper sellâ curuli sederet, excepto per ludos. Tum enim sessio ei in Tribunicio subsellio, inter eos qui quoque anno Tribuni essent concedebatur. Dio lib. XLIV. Itemque postea Augusto: vt in subsellijs Tribunorum plebis sederet. Dio idem, libro XLIX.

24. IUNIUS GERMANICI.] Obheredo. Series quidem mensium ita postulat: sed si Iunius in hoc numero, quomodo additur Iunium transmissum, quia infaustus esset? Itaque olim reponebam, Iulius Germanici. Sed libri mihi opponuntur, itemque ratio, quod facta iniuria Diuo Iulio videtur, si illi mensis suus

ademptus. Quid dicam? verba tamen sequentia de Iunio abnuunt, etsi alij conantur pro, transmissum, rescribere, transnominatum.

25. CLADEM LVGDVNENSEM.] Cladem ex incendio conceptam. quod denarrat & deplorat Seneca epistolâ totâ XCII. Accidit centesimo anno à coloniâ deductâ, eodem Senecâ obseruante. Vt solatium hoc tarde adhibitum à Nerone sit, septimo post incendium anno. Nam deducta Lugdunum à Munatio Planco, anno vrbis DCCXI.

26. L. TELESINO COS.] Nomen et L. Pontius Telesinus ex Velleio. Laudat vt philosophum, & insignem virum, plus vno loco Philostratus lib. IV. & VII. eundemque exsulasse eâ re sub Nerone scribit.

27. NVNTIOS ET CONSOLATIONES.] Omnino lego, consultationes: & iam notauit Pichena sic in Florentino esse. Verbum eius artis. Iuuenalis:

— quæ nullum consulit, & iam

Consulitur.

Noster: Quæ caritate erga parentem, non tamen aliud consultauerat, quam de incolumitate domus. Paulo antè scribo, multorum amicitijs innixum, non, innixum.

Ille venis in-  
cisis abijt.

Cap. 15.  
Ad Ostorium  
centurio  
missus.

Atque is pu-  
gione se in-  
terimit.

Cap. 16.  
Excusatio  
tot tristium  
narrationū,  
& parium.

Cap. 17.

Crispinus  
mori iussus.

Et Annæus  
Mella.

Pater Lucani.

Anteijs Ostoriusque habebantur : ad eò vt testamentum Anteijs nemo obfignaret, nisi A Tigellinus auctor extitisset. Monitus prius Anteijs, ne supremas tabulas moraretur. At ille hausto veneno, tarditatem eius perosus, intercis venis, mortem approperauit. Ostorius longinquis in agris <sup>28</sup> apud finem Ligurum id temporis erat. eò missus centurio, qui cædem eius maturaret. Causa festinandi ex eo oriebatur, quòd Ostorius multâ militari famâ, & <sup>29</sup> ciuicam coronam apud Britanniam meritis, ingenti corporis robore armorumque scientiâ, metum Neroni fecerat, ne inuaderet, pauidum semper, & repetâ nuper coniuratione magis exterritum. Igitur centurio vbi effugia villæ clausit, iussa Imperatoris Ostorio aperit. Is fortitudinem aduersum hostes sæpè spectatam in se vertit. Et quia venæ quamquam interruptæ parum sanguinis effundebant, hætenus manu serui vsus vt immotum pugionem extolleret, adpressit dexteram eius, iuguloque occurrit. Etiam si bella externa, & obitas pro Rep. mortes tantâ casuum similitudine memorarem; meque ipsum satias cepisset, aliorumque tædium expectarem, quamuis honestos, ciuium exitus, tristes tamen & continuos aspernantium. At nunc patientia seruilis, tantumque sanguinis domi perditum, fatigant animum & mæstitiâ restringunt. Neque B aliam defensionem ab ijs quibus ista noscentur exegerim, quàm ne oderim tam segniter pereuntes. Ira illa numinum in res Romanas fuit, quam non vt in cladibus exercituum, aut captiuitate urbium, semel editam transire licet. Detur hoc illustrium virorum posteritati, vt quomodo exsequijs à promiscuâ sepulturâ separantur; ita in traditione supremorum accipiant habeantque propriam memoriam. Paucos quippe intra dies, eodem agmine Annæus Mella, Cerialis Anicius, Rufus Crispinus, ac C. Petronius cecidere. Mella & Crispinus equites Romani, <sup>30</sup> dignitate senatoriâ. Nam hic <sup>31</sup> quondam præfectus prætorij, & consularibus insignibus donatus; ac nuper crimine coniurationis in Sardiniam exactus, accepto iussæ mortis nuntio semet interfecit. Mella quibus Gal- lio & Seneca parentibus natus, petitione honorum abstinuerat, per ambitionem præpo- steram, vt eques Romanus consularibus potentiâ æquaretur. Simul acquirendæ pecu- niæ breuius iter credebat, <sup>32</sup> per procuraciones administrandis Principis negocijs. Idem Annæum Lucanum genuerat, grande adiuuentum claritudinis. quo interfecto, <sup>33</sup> dum C rem familiarem eius acriter requirit, accusatorem conciuit Fabium Romanum, ex inti- mis Lucani amicis. Mixta inter patrem filiumque coniurationis scientia fingitur, assimi- latis Lucani litteris. quas inspectas Nero, ferri ad eum iussit, opibus eius inhians. At Mella, quæ tum promptissima mortis via, exsoluit venas: scriptis codicillis, quibus gran- dem pecuniam in Tigellinum, generumque eius Cossutianum Capitonem erogabat, quò cetera mauerent. Additur codicillis, tamquam de iniquitate exitij quærens ita scri- psisset: *se quidem mori nullis supplicij causis, Rufum autem Crispinum & Anicium Cerialem vitâ frui, insensos Principi.* quæ composita credebantur, de Crispino quia interfectus erat, de Ceriali vt interficeretur. Neque enim multo post vim sibi attulit, minore quàm ceteri miseratione, quia proditam C. Cæsari <sup>34</sup> coniurationem ab eo memineraunt.

<sup>35</sup> De

28. APVD FINEM LIGVRVM.] *Non aspernabilis forè coniectura nostra, apud Fanum Ligurum. Is locus, Templum alio nomine dictus. In vitâ Agricola: Classis Othoniana licenter vaga, dum in Templo (Liguria pars est) hostiliter populatur. Linius tamen Finem Ligurum etiam appellat: Re- deuntes inde Ligurum extremo fine, agmen Romanum incidunt. sed alio, nisi fallor, & communi magis sensu.*

29. CIVICAM CORONAM.] *Filij ergo M. Ostorij ista mors. Nam de eo libro XII. scriptum: Quâ pugna filius legati M. Ostorius seruati ciuis decus meruit. Pater sanè in ipsâ Britannia obiit.*

30. DIGNITATE SENATORIA.] *Non enim reuera Senatores, sed opibus ac splendore cuius Senatorum pares. Equites Illustres.]*

31. QVONDAM PRÆFECTVS PRÆTORII.] *Sub Claudio lib. XI.*

32. PER PROCVRATIONES.] *Ad quas soli equites aut liberti admitti.*

33. DVM REM FAMILIAREM.] *De Annæo Mellâ sermo est, qui pater Lucani. Atqui de illo Eusebiano Chronicum: L. Annæus Mella Senecæ frater & Gallionis, bona Lucani filij sui à Nerone promeretur. Quæ si vera lectio, opinandum à fisco aut fscalibus quadam abrepta, & reueta. Sed ego ambigo, neque censeo publicata bona, quia suâ manu cecidit, & damnationem præuenit. Quod si est, bene in Eusebio corrigas, & adhuc Taciti: ob bona Lucani filij sui à Nerone perimitur.*

34. CONIURATIONEM.] *Coniurationem Aemilij Lepidi. de qua Suetonius & Dio.*

<sup>35</sup> DE

A <sup>35</sup> De C. Petronio supra pauca repetenda sunt. Nam <sup>36</sup> illi dies per somnum, nox officijs, & oblectamentis vitæ transigebatur. Utque alios industria, ita hunc ignavia ad famam protulerat; habebaturque non ganeo & profligator, ut plerique sua haurientium, sed erudito luxu. Ac dicta factaque eius quanto solutiora, & quandam sui negligentiam præferentia, tanto gratius in speciem simplicitatis accipiebantur. Proconsul tamen Bithyniæ, & mox consul, vigentem se ac parem negotijs ostendit: dein reuolutus ad vitia, seu vitiorum imitationem, inter paucos familiarium Neroni assumtus est, elegantia arbiter, dum nihil amœnum, & molle affluentia putat, nisi quod ei Petronius approbauisset. Vnde inuidia Tigellini, quasi aduersus æmulum & scientia voluptatum potiorem. Ergo crudelitatem Principis, cui ceteræ libidines cedebant, aggredditur, amicitiam Sceui Petronio obiectans; corrupto ad iudicium seruo, ademptaque defensione, & maiore parte familiarum in vincla raptâ. Fortè illis diebus Campaniam petiuerat Cæsar, & Cumas vsque progressus Petronius illic attinebatur. Nec tulit vltra timoris aut spei moras. neque tamen præceptis vitam expulit, sed incisas venas, vt libitum obligatas, aperire rursus, & alloqui amicos, non per feriam, aut quibus constantia gloriam peteret. Audiebatque referentes, nihil de immortalitate animæ, & sapientium placitis, sed leuia carmina & faciles versus. Seruorum alios largitione, quosdam verberibus affecit. Inijt & vias, somno indulfit, vt quamquam coacta mors, fortuitæ similis esset. Ne codicillis quidem (quod plerique pereuntium) Neronem aut Tigellinum, aut quem alium potentium adulatus est: sed flagitia Principis sub nominibus exoletorum feminarumque, & nouitate cuiusque stupri perscripsit, atque ob signata misit Neroni. fregitque annulum, ne mox vsui esset ad faciendâ pericula.

Cap. 18.  
C. Petronius ad mortem adus. Elegantiâ viri.

Diu Neroni pericari: Donec, Tigellino admittente, eueritur.

Cap. 19.

Solutè admodum moritur.

Neroni flagitijs suis prius ingestis.

Cap. 20.

Ambigenti Neroni quoniam modo noctium suarum ingenia notescerent, offertur Silia matrimonio senatoris haut ignota, & ipsi ad omnem libidinem adscita, ac Petronio perquam familiaris. agitur in exsilium, tamquam non siluisset quæ viderat pertuleratque, proprio odio. At Numicium Thermum præturâ functum Tigellini similitudine dedit, quia libertus Thermi quædam de Tigellino criminose detulerat, quæ cruciatibus tormentorum ipse, patronus eius nec immeritâ lueret. Trucidatis tot insignibus viris, ad postremum Nero virtutem ipsam excindere concupiuit, interfecto <sup>37</sup> Barea Sorano & <sup>38</sup> Thraseâ Pæto, olim vtrisque infensus, & accedentibus caussis in Thraseam: quod senatu egressus est, cum de Agrippinâ referretur, vt memorauimus: quodque Iuuenalium ludicro parum expetibilem operam præbuerat: eaque offensio al-

Cap. 21.

Barea Soranus & Thraseas Pæto accusantur.

tius

35. DE C. PETRONIO. ] *Quem viri docti cum censent, cuius fragmenta hodie purissima impuritate. De quo etiam delibero: sicut & de prænomine: quod apud Plinium libro xxxvii. cap. ii. Titus est; itemque Plutarchum in libello, Πώς ἂν τις διακρίνει τὸ κόλακα τὸ φίλον. Loqui eos de hoc eodem, res indicio est. Plinij verba; Titus Petronius Consularis moriturus, inuidiâ Neronis Principis, vt mensam eius exheredaret, trullam murthinam ccc. n. s. emptam fregit. Plutarchi: Ἡ τῆς ἀσώτης καὶ πολυτελεῖς εἰς μικρολογίαν καὶ ῥυπαρίαν ἀπειδύλωσιν, ὡς περ Νέρονα Τίτος Πετρονίος. Reperio & Publium Petronium, nisi fallor, huic eundem. de quo ita Scholiastes vetus Iuuenalis, in illud — sed clamat Pontia, feci. Pontia, inquit, Publij Petronij filia, quam Nero conuictam (lego, quem N. conuictum) in crimine coniurationis damnauit. Nam Pontia quidem ob aliud scelus veneno extincta est, vt addit.*

D 36. ILLI DIES PER SOMNUM. ] *Vide verum hunc aduersipudem, vt Latini appellant. Dies noster, illi nox erat: & nox, pro die. Pulchrè omnino istos homines verè peruersos Seneca describit & culpât, epistolâ cxxxiii. Lucet? somni tempus. Quies ista? (pro nocte, Quietem dixit: atque ita locum interpretor ac distinguo) nunc exerceamur; nunc gestemur,*

nunc prandeamus. Iam lux propius accedit? tempus est cænæ. Ac plura ibi de lucifugis illis vide. Adde & hæc Lampridij in Heliogabalo: Traiecit & dierum actus noctibus, & nocturnos diebus, estimans hoc inter instrumenta luxuriæ: ita vt serò de somno surgeret, & salutari inciperet, manè autem dormire inceptaret.

37. BAREA SORANO. ] *Qui ille est nominatus Boëtio de Consolat. lib. i. prosâ iii.*

38. THRASEA PÆTO. ] *Cuius gentile nomen adhuc quero. Nam Dio P. Thraseam Pætum saltem appellat: Marmor vetus suadet Valerium fuisse.*

C. DOMITIO. DEXTRO. II. L. VALERIO. MESSALLA. THRASIA. PRISCO. COS. *Quod etsi de alio: ex cognomine tamen suspicemur de gente. Thraseas hic admirator vnicus Catonis, de cuius vitâ librum scripsit, indicante Plutarcho. Laudes eius sparse in Tacito, Arriano, Dione: sed ante alia egregium elogium de illo ipsius Neronis, in Plutarchi libello Πολιτικῶν ᾨδαγενεμάτων. Αἰτ, Νέρον οὐλίγον ἐμπεροθεν ἢ πτεῖναι, τὸ Θεασέαν μάλιστα μισῶν καὶ φοβερῶς, ὁμοῦς ἐγκαλέντος πρὸς ὡς κακῶς κεκοιμηθεὶς καὶ ἀδικῶς. Ἐβλήμεν ἂν, ἔφη, Θεασέαν ἕτως ἐμὲ φιλεῖν, ὡς δικαστῆς ἀεισός ἐστιν. Salue, ὦ, salue vir magne, & inter Romanos sapientes sanctum mihi nomen. Tu magnam*



Crimina in  
istum.

Capito ea  
renouat.

Cap. 22.  
Et auget.

\* Faer. quasi

Accessit  
Marcellus  
accusator.

Cap. 23.

tius penetrabat, quia idem Thrasea Patauij, vnde ortus erat, <sup>39</sup> ludis Cæsticis à Troiano Antenore institutis, habitu tragico cecinerat. Die quoque, quo prætor Antistius ob probra in Neronem composita ad mortem damnabatur, mitiora censuit, obtinuitque: & cum deum honores Poppæ decernuntur, sponte absens, funeri non interfuit. Quæ obliterati non sinebat Capito Cossutianus, præter animum ad flagitia præcipitem, inimicus Thrasæ, quod auctoritate eius concidisset iuuantis Cilicum legatos, dum Capito- nem repetundarum interrogant. Quin & illa obiecitabat: <sup>40</sup> principio anni vitare Thra- seam solenne iusiurandum: <sup>41</sup> nuncupationibus votorum non adesse, quamuis Quindecimuirali sacerdotio præditum: numquam pro salute Principis, <sup>42</sup> aut caelesti voce immolauisse: assiduum olim & indefessum, qui vulgaribus quoque patrum consultis semet factorem aut aduersarium ostenderet, triennio non introisse curiam: nuperrimeque cum ad coercendos Silanum & Veterem certatim concurreretur, priuatis potius clientium negotijs vacauisse secessionem iam id & partes; & si multi idem audeant, bellum esse. Vt quondam C. Casarem, inquit, & M. Catonem, ita nunc te Nero & Thraseam auida discordiarum ciuitas loquitur. Et habet sectatores vel potius satellites, qui nondum contumaciam sententiarum, sed habitum vultumque eius sectantur, rigidi & B tristes, \* qui tibi lasciuia exprobreant. Huic vni <sup>43</sup> incolumitas tua sine arte sine honore. Prosperas Principis res spernit: etiam ne luctibus & doloribus non satiatur? Eiusdem animi est, Pop- peam diuam non credere, cuius in acta diui Augusti & diui Iulij non iurare. Spernit religiones, abrogat leges. Diurna populi Romani per provincias, per exercitus, <sup>44</sup> curatius leguntur, vt nosca- tur quid Thrasea non fecerit. Aut transeamus ad illa instituta, si potiora sunt: aut noua cupienti- bus auferatur dux & auctor. <sup>45</sup> Ista secta Tiberones & Fauonios veteri quoque Reip. ingrata no- mina genuit. Vt imperium evertant, libertatem præferunt: si peruerterint, ipsam aggredientur. Frustrà Cassium amouisti, si gliscere & vigere Brutorum æmulos passurus es. Denique nihil ipse de Thrasea scripseris, disceptatorem senatum nobis relinque. Extollit irâ promptum Cossutiani animum Nero: adijcitque Marcellum Eprium acri eloquentiâ. At Baream Soranum iam

ignum decus Gallicæ gentis: tu ornamentum Romanæ curiæ: tu aureum sidus tenebrosi illius xui. Tua inter homines, non hominis vita: noua probitas, constantia, grauitas: & vitæ mortisque æquabilis tenor.

39. LVDIS CÆSTICIS A TROIANO ANTENORE INSTITVTIS. ] Quid castibus cum cantu? Cecinisse enim hic dicitur Thraseas, non pugnasse: & à Dione τῆς τραγῳδίας ὑποκρινάμενος ἐν Πάταυϊ τῆς πατρίδος. ita enim scribend. (Patauius quia Thraseas) non ποταμία. Sed crederem, vt sit, tempore auctiores ornatioresque eos ludos factos, & ad castus scenica etiam certamina adiecta. Turbat nos tamen & moratur Vatic. qui, cetastis, refert. Scriptura, de qua nihil hiscam. Apud Liuium l. x. nauale certamen annuum est Patauij: sed nihil ad istud. Agon item Drepanitanus, apud Sidonium in Abitaco suo, ad exemplar Troianæ superstitionis, pariter nihil istud. Dio hoc tantum monet, fuisse ἐοικῶς τετρακοταετηρίδα, tricennale spectaculum.

40. PRINCIPIO ANNI VITARE THRASEAM SOLENNE IVSIVRANDVM. ] Cuius multa memoria in Tacito, alijsque. Ideo ordine rem exposui, in EXCVRSV A.

41. NVNCVPATIONIBVS VOTORVM NON AD- ESSE. ] De quibus l. iij. Annal. Pontifices eorumque exemplo ceteri sacerdotes cum pro incolumitate Principis vota susciperent. Sueton. Neron. cap. XLVI. Votorum nuncupatione, magnâ iam ordinum frequentia, vix reperta Capitolij claues. Plura huic rei & opportuna, in EXCVRS. B.

42. AVT CÆLESTI VOCE IMMOLAVISSE. ] Indignor cum lego, imò non indignor, vt nunc etas

mea est, & peritia ludibriorum in re humanâ. En C summates illi viri, genere, dignitate, sapientiâ, titulum criminis accipiunt, quem pudeat memorasse. Sed eadem Philostratus libro v. Accusationes quot & quantas è theatris oriri censes, cum delatores ita redarguunt? Non venisti auditum Neronem, aut venisti quidem sed negligenter & non attentè audisti: risisti planè, non plausisti, nec pro ipsius VOCE SACRIFICASTI, vt clarior liquidiorque esset.

43. INCOLVMITAS TVA SINE ARTE. ] Sentio abesse vocem, quam volenti Cornelio reddo: incolumitas tua sine curâ, artes sine honore. Prius membrum ad nuncupationem omissam votorum spectat, quæ pro incolumitate Principis: alterum ad id, quod numquam immolarit pro caelesti voce.

44. CVRATIVS LEGVNTVR. ] Ita restitui, confu- sione librorum motus, qui ad vocem ignobiliorem ad- hæserant. Itaque, Curatium aut Curantium, ferè legas. At ita ante Tacitum Sallustius, Curatissimè accepit. & Ammianus: Domicilia cuncta curatius ritu Romano instructa. Noster lib. xiv. Ludos curatius editos.

45. ISTA SECTA TIBERONES ET FAVONIOS. ] Stoicorum sectam, vitium hoc hominis culpat, & qui eam secuti. Tiberonem intellegit Q. Alium, qui in epulo publico hædinis pellibus strauit lectos Punicanos, & vasa Samia exposuit. Cicero, Valerius, alijsque. Agellius libro i. Tubero iuris ciuilis antistes, & Stoicæ doctrinæ sectator. Idem ille est, qui Lucillum Xerxem togatum appellabat, Plutarcho memorante. Fauonius est, Catonis ille simia; de quo Suetonius

A iam sibi <sup>46</sup> Ostorius Sabinus eques Romanus poposcerat reum ex proconsulatu Asiæ, in quâ offensiones Principis auxit, iustitiâ atque industriâ: & quia portui Ephesiorum aperiendo curam insumerat: vimque ciuitatis Pergamenæ, prohibentis Acratum Cæsaris libertum statuas & picturas auerere, <sup>47</sup> inultam omiserat. Sed crimini dabatur amicitia Plauti, & ambitio conciliandæ prouinciæ ad spes nouas. Tempus damnationi dilectum, quo Tiridates accipiendæ Armeniæ regno aduentabat: ut ad externa rumoribus intestinum scelus obscuraretur, an ut magnitudinem imperatoriam cæde insignium virorum quasi regio facinore ostentaret. Igitur omni ciuitate ad excipiendum Principem spectandumque regem effusâ, <sup>48</sup> Thrasea occursum prohibitus non demisit animum: sed codicillos ad Neronem composuit, requirens obiecta, & expurgatorum asseuerans, si notitiam criminum & copiam diluendi habuisset. Eos codicillos Nero properanter accepit, spe <sup>49</sup> exterritum Thraseam sensisse per quæ claritudinem Principis extolleret, suamque famam dehonestaret. Quod ubi non euenit, vultumque & spiritus & libertatem insontis vltro extimuit, vocari patres iussit. Tum Thraseas inter proximos consultauit, tentaretne defensionem, an sperneret. Diuersa consilia afferebantur. Quibus intrari curiam placebat, *securos esse de constantia eius dixerunt, nihil dicturum, nisi quo gloriam auerget. Segnes & pavidos supremis suis secretum circumdare. Aspiceret populus virum morti obuium; audiret senatus voces quasi ex aliquo numine supra humanas: posse ipso miraculo etiam Neronem permoueri. sin crudelitas persisteret, distinguere certè apud posteros memoriam honesti exitus ab ignauia per silentium pereuntium.* Contra, qui opperendum domi censebant, de ipso Thraseâ eadem, sed ludibria & contumelias imminere. subtraheret aures conuiuijs & probris. Non solum Cossutianum aut Eprium ad scelus promptos <sup>51</sup> superesse, qui forsitan manus ictusque per \* immanitatem Augusti. etiam bonos metu sequi. Detraheret potius <sup>52</sup> senatui, quem perornauisset, infamiam tanti flagitij: & relinqueret incertum, quid viso Thraseâ reo decreturi patres fuerint. ut Neronem flagitiorum pudor caperet, irritâ spe agitari. multoque magis timendum, ne in coniugem, in familiam, in cetera pignora eius seuiret. Proinde intemeratus, impollutus, quorum vestigijs & studijs vitam duxerit, eorum gloria peteret finem. Aderat consilio Rusticus Arulenus flagrans iuuenis, & cupidine laudis offerebat se intercessurum senatusconsulto. Nam plebis trib. erat. Cohibuit spiritus eius Thrasea, ne vana & reo non profutura, intercessori exitiosa inciperet. Sibi actam ætatem, & tot per annos continuum vitæ ordinem, non deserendum: illi initium magistratum, & integra quæ supersint. Multum antè secum expenderet, quod tali tempore capeßenda Reip. iter ingrederetur. Ceterum ipse, an venire in senatum deceret, meditationi suæ reliquit. At postera luce duæ prætoriæ cohortes armatæ, templum genitricis Veneris infedere. Aditum senatus globus togatorum obsederat, non occultis gladijs: dispersique per fora ac basilicas cunei militares. inter quorum aspectus & minas ingressi curiam senatores. Et oratio Principis <sup>53</sup> per Quæstorem eius audita est. Nemine nominatim compellato, patres arguebat, quod publica munia desererent, eorumque exemplo equites

Crimina in  
Barenm.

Tiridates  
sub hac in  
urbē venit.

Cap. 24.  
Thraseas  
prohibetur  
occurrere.  
Codicillos ad  
Neronem  
mittit.

Ambigit, an  
se defendat.

Cap. 25.  
Sunt, qui  
suadeant.

Cap. 26.

Aruleni in-  
uenit im-  
perus.  
Quem vir  
augustus  
cohibet.

Cap. 27.  
Templum  
Nero milite  
complet.  
Oliqua  
oratione  
patres accu-  
sat.

D Suetonius Aug. cap. XIII. & Valerius Maximus lib. II. cap. ultimo. Plutarchus in Bruto. Vidi tamen qui, Fannios, hic reponeret, imperitè.

46. OSTORIVS SABINVS. ] Mutant libri. Alij, sibi Torius. Vatic. Subitorius. Flexit me ut Ostorius scriberem locus infra, de hoc ipso. Ostorio duodecies, & Quæstoria insignia tribuuntur.

47. INULTAM OMISERAT. ] Vatic. Malè vulgò, inuitam.

48. THRASEA OCCVRSV PROHIBITVS. ] Quod signum scilicet Principis indignantis, & à se atque aspectu suo spernentis. Tale Vespasiano factum, ab eodem Nerone, apud Suetonium in Vesp. cap. IV. Prohibitus non contubernio modò, sed etiam publicâ salutatione. Atque ut ibi ille salutatione prohibitus, sic iste occursum.

49. EXTERRITVM THRASEAM SENSISSE. ]

Sententia mecum malit, scripsisse: & quod præuidi, firmat Florentinus nunc codex.

50. SECRETVM CIRCVMDARE. ] Benè mei libri, præ quod vulgò, otium dare.

51. SVPERESSE, QVI FORSITAN MANVS ICTVS-  
QVE PER \* IMMANITATEM AVGVSTI. ] Ani-  
mam agenti loco aquam sic affuderim: ictusque pa-  
rent. Immanitatem Augusti etiam bonos metu  
sequi.

52. SENATVI, QVEM PERORNAVISSET. ] Puto  
leg. quem semper ornauisset.

53. PER QVÆSTOREM EIVS. ] Non enim  
cuilibet è Quæstorum collegio id munus, sed Can-  
didatis Principis. lib. I. De offic. Quæstoris. Ideò Ta-  
citus expressim, Quæstorem eius. Et in lapidibus ali-  
quoties, QVÆSTOR. AVG. Reliqua ad hunc ri-  
zum trita.

54. LON-

Cap. 28.  
Marcellus in  
Thraseam  
insurgit.

equites Rom. ad segnitiam verterentur. Etenim quid mirum è <sup>54</sup> longinquis prouincijs adueniri, A cum plerique adepti consulatum & sacerdotia, hortorum potius amantati inferuissent? quod velut telum arripuere accusatores. Et initium faciente Cossutiano, maiore vi Marcellus, summam Resp. agi clamitabat: contumaciâ inferiorum, lenitatem imperitantis deminui. Nimirum mites ad eam diem patres, qui Thraseam descendentem, qui generum eius Heluidium Priscum in iisdem furoribus, simul <sup>55</sup> Paconium Agrippinum paterni in Principes odij heredem, & <sup>56</sup> Curtium Montanum detestanda carmina factitantem, eludere impunè sinerent. Requirit se in senatu consularem, in votis sacerdotem, in iureiurando ciuem: nisi contra instituta & carimonias maiorum, proditorem palam & hostem Thrasea induisset. Denique agere senatorem, & Principis obtrectatores protegere solitus, veniret, censeret quid corrigi aut mutari vellet: facilius perlaturos singula increpantem, <sup>57</sup> quàm nunc silentium perferrent omnia damnantis. Pacem illi per orbem terræ, an victorias sine damno exercituum displicere? Ne hominem bonis publicis mestum, & qui fora, theatra, templa pro solitudine haberet, qui minitaretur exsilium suum, ambitionis prauæ compotem facerent. Non illi consulta hæc, non magistratus, aut Romanam urbem videri. Abrumperet vitam ab eâ ciuitate, cuius caritatem olim, nunc & aspectum exuisset. Cùm per hæc atque B talia Marcellus inueheretur toruus & minax, voce, vultu, oculis ardesceret; non illa nota & <sup>58</sup> celebritate periculorum sueta iam senatus mæstitia, sed nouus & altior pavor, manus & tela militum cernentibus. simul ipsius Thraseæ venerabilis species obuersabatur: & erant qui Heluidium quoque miserarentur, innoxia affinitatis pœnas daturum, Quid Agrippino obiectum, nisi tristem patris fortunam? quando & ille perinde innocens Tiberij scuitiâ concidisset. Enimuerò Montanum probæ iuuentæ, neque famosi carminis, quia protulerit ingenium, extorrem agi. Atque interim Ostorius Sabinus Sorani accusator ingreditur, orditurque de amicitia Rubellij Plauti, quodque <sup>59</sup> proconsul Asiæ Soranus pro claritate sibi potius accommodatum, quàm ex utilitate communi egisset, alendo seditiones ciuitatum. Vetera hæc. sed recens, discrimini patris filiam connectebat, quod <sup>60</sup> pecuniam Magis dilargita esset. Acciderat fanè pietate Seruiliæ (id enim nomen puellæ fuit) quæ caritate erga paren-

Cap. 29.  
Senatus ad  
hæc expau-  
dit.  
Militis ante  
oculos:  
Thraseas in  
animo.

Cap. 30.  
Iam & in  
Baream  
Ostorius in-  
uehitur.  
Etiam in  
eius filiam.

54. LONGINQVIS PROVINCIIS ADVENIRI. ] Diuiniabam, haud veniri. nec tamen sententiæ plenè consultum. Melius sic: quid mirum nec longinquis prouincijs subueniri. vel prouincijs aduerti.

55. PACONIUM AGRIPPINUM. ] Hic ille Agrippinus è Stoicâ domo, laudatus Epicteto & Arriano. Quorum verba ad hanc historiam dabo. Epicteti Electis: Διὰ τὸ τοῦ ἐπαυεῖν Ἀγρίππινον δίκαιον, ὅτι πλείους ἀξίους ἀνὴρ γυμνασίου, οὐδὲ πώποτε ἐπὶ ἡνσεῖν ἐαυτὸν, ἀλλ' εἰ καὶ ἄλλος τις αὐτὸν ἐπὶ ἡνσει, ἠρωδέλα. & statim: Καὶ ποτε μέλλοντι ἀεισῆσεν αὐτῶν, ἐπέσησεν ὁ λέγων, ὅτι φεύγει αὐτὸν κελεύει Νέρον. Καὶ ὁ εἶπεν, Οὐκ ἂν εἶπεν, ἐν Ἀρείᾳ ἀεισῆσεν ὠμῶν. Arriani lib. 1. cap. 1. Ἀπεγγέλει δὲ αὐτῶν ὅτι κείνη ἐν συγκλήτῳ. Ἀγαθὴ τύχη. Ἀλλ' ἦλθεν ἡ πέμπτη. Ταύτη δ' εἰσθεῖ γυμνασίου, ψυχρολογεῖν. Ἀπέλωμῶν, καὶ γυμνασίου. Γυμνασίου λέγει τις αὐτῶν, Ἐλθ', ὅτι κατακέλεισα. Φυγῆ, φησὶ, ἢ θανάτῳ; Φυγῆ. Ταῦτ' ἀρχοντὰ τί; Οὐκ ἀφῆρέθη. Εἰς Ἀρείαν ἐν ἀπελθόντες ἀεισῆσεν ὠμῶν, id est: Nuntiatum ei, quod iudicium de eo fieret in Senatu, Bonum factum, inquit. At enim quinta hora iam aduenit (non Dies, uti interpretes ad ritum veterem parum attentè) quæ exerceri solet, & frigidâ lauari. Eamus, ait, & exerceamur. Exercitanti superuenit qui diceret, Fuge ocyus, damnatus es. Exsilio, inquit, an morte? Exsilio. Bona autem quid? Non ablata tibi. Ariciam ergo euntes, istic prandeamus. Tacito ista lucem dabunt, dum paullo inferius ait, pulsum eum Italiâ. Sed cur Marcellus paterni odij in principes heredem Agrippinum calumniatur? Propter patrem eius

Paconium, qui maiestatis reus sub Tiberia perijt. Eruo è Suetonij Tiber. cap. LXI. Interrogatum eum à quodam nano adstante mensæ inter Copreas (ita leg. non Capreas) cur Paconius maiestatis reus tam diu viueret? statim quidem petulantiam linguæ obiurgasse, ceterum post paucos dies scripsisse Senatui, ut de pœnâ Paconij quamprimum statueret. Ideò Tacitus mox: Quid Agrippino obiectum, nisi tristem patris fortunam? quando & ille perinde innocens Tiberij scuitiâ concidisset.

56. CVRTIVM MONTANVM. ] Cuius mentio lib. IV. Histor.

57. QVAM NVNC SILENTIVM PERFERRENT. ] En calumniam. Viri boni silentio etiam apud Tyrannum peccant. Audi illa apud Senecam, Oedipo:

C R. Tacere liceat. nulla libertas minor

A rege petitur. OED. sæpè vel linguâ magis D Regi atque regno muta libertas obest.

58. CELEBRITATE PERICVLORVM. ] Cum Rheno lego, crebritate.

59. PROCONSUL ASIÆ. ] Melius, proconsulatum.

60. PECVNIAM MAGIS DILARGITA. ] Cape ad lucem historie Scholiastis hanc notam, ad illud Iuuenal.

— faciet, quod deferat, ipse.

Egnatium Philosophum significat, qui filiam Bareæ Sorani, quam cùm ipse ad magicam descendisset, hortatus detulit Neroni. Sed velim obiter corrigi: quam, cùm ipsius ad magicam descendisset hortatu, Neroni detulit.

A parentem, simul imprudentiâ ætatis, non tamen aliud consultaerat, quàm de incolu-  
 mitate domus, & an placabilis Nero, an cognitio senatus nihil atrox afferret. Igitur ac-  
 cita est in senatum, steteruntque diuersi ante tribunal consulum, grandis æuo parens,  
 contra filia intra vicesimum ætatis annum, nuper marito Annio Pollione <sup>61</sup> in exsilium  
 pulso, viduata desolataque; ac ne patrem quidem intuens, cuius onerasse pericula vide-  
 batur. Tum interrogante accusatore, an cultus dotales, an detractum ceruici monile ve-  
 num dedisset, quo pecuniam faciendis magicis sacris contraheret? primùm strata humi,  
 longoque fletu & silentio, post, <sup>62</sup> altaria & aram complexa: *Nullos, inquit, impios deos,*  
*nullas deuotiones, nec aliud infelicibus precibus inuocavi, quàm vt hunc optimum patrem tu Cesar*  
*& vos patres seruaretis incolumem. Sic gemmas & vestes & dignitatis insignia dedi; quomodo*  
*si sanguinem & vitam poposcissent. Viderint isti antehac mihi ignoti quo nomine sint, quas artes*  
*exerceant: nulla mihi Principis mentio, nisi inter numina fuit. Nescit tamen miserrimus pater. &*  
*si crimen est, sola deliqui.* Loquentis adhuc verba excipit Soranus, proclamatque, non il-  
 lam in prouinciam secum profectâ, non Plauto per ætatem nosci potuisse, non crimini-  
 bus mariti connexam, nimix tantum pietatis ream, separarent à se quamcumque sortem  
 subiret. Simul in amplexus occurrentis filix ruebat, nisi interiecti lictores vtrisque obsti-  
 tissent. Mox datus testibus locus: & <sup>63</sup> quantum misericordix fructu accusacionis per-  
 mouerat, tantum iræ P. Egnatius testis conciuuit. Cliens hic Sorani, & tunc emtus ad op-  
 primendum amicum, auctoritatem Stoicæ sectæ præfererat, habitu & ore ad exprimen-  
 dam imaginem <sup>64</sup> honesti & exerciti, ceterum animo perfidiosus, & subdolan, avari-  
 tiam & libidinem occultans. Quæ postquam pecuniâ reclusa sunt, dedit exemplum  
 præcauendi, quomodo fraudibus inuolutos, aut flagitijs commaculatos; sic specie bona-  
 rum artium falsos, & amicitix fallaces. Idem tamen dies & honestum exemplum tulit  
 Cassij Asclepiodoti, qui magnitudine opum præcipuus inter Bithynos, quo obsequio  
 florentem Soranum celebrauerat, labentem non deseruit. Exutusque omnibus fortunis,  
 & in exsilium actus, <sup>65</sup> æquitate deum \* erga bona malaque documenta. Thraseæ Sora-  
 noque & Seruiliæ datur mortis arbitrium. Heluidius & Pacionius Italiâ depelluntur.  
 C Montanus patri concessus est, <sup>66</sup> prædicto ne in Repub. haberetur. Accusatoribus Eprio  
 & Coslutiano quinquagies sestertium singulis, Ostorio duodecies & quæstoria insignia  
 tribuuntur. Tum ad Thraseam in hortis agentem <sup>67</sup> quæstor consulis missus, vespe-  
 rascente iam die. illustrium virorum feminarumque cœtus frequentes egerat, maximè in-  
 tentus <sup>68</sup> Demetrio Cynicæ institutionis doctore: cum quo, vt coniectare erat intentio-  
 ne vultus, & auditu si qua clariùs proloquebantur, de naturâ animæ, & dissociatione  
 spiri-

*illa in Curiam vocata.*

Cap. 31.  
*Inuidiosè interrogat accusator: ipsa videt miserabiliter respondet.*

Cap. 32.  
*Pater eam excusat.*

*Impurus testis. Egnatius.*

*Philosophia de honestamento.*  
Cap. 33.

*Thraseæ & Soranus morti iussi.*

Cap. 34.  
*Perfertur nuncius ad Thraseam: Serijs sermonibus intentum.*

61. IN EXSILIVM PVLSO. ] *Nuper inter con- iuratos.*  
 62. ALTARIA ET ARAM COMPLEXA. ] *Vtrum aram Victorie intellegit, que ante curiam? an altaria & aram Veneris genitricis, in cuius templo nunc Senatus?*  
 D 63. QVANTVM MISERICORDIÆ. ] *Præclarè libri. Vulgò quantum nunc. errore ex concisâ ratione scribendi, mix. Ingenio suo pridem hanc correctionem vindicauerat Faernus. nec inuideo ego, nec culpo.*  
 64. HONESTI ET EXERCITI. ] *Suadeo scribas, honesti exercitus, ex sententia ductu.*  
 65. ÆQVITATE DEVM \* ERGA. ] *Deprauatio. quam adnoto, non tollo. Nisi placet cum Επικριτες, & dicere, Deos hæc isdem oculis adspexisse, æquos bonis malisq. exemplis, & sine curâ nostri.*  
 66. PRÆDICTO NE IN REP. ] *Accipio, vt Roma quidem esse ei liceret, sed procul ab honore omni & publicis muneribus vitam ageret priuatam.*  
 67. QVÆSTOR CONSVLIS MISSVS. ] *Consulum ergo proprius aliquis Quæstor? Apparet è Dione:*

*qui in actis anni dccxvi. scribit, Ap. Claudium & C. Norbanum consules, primos binos Quæstores habuisse. Si id non sit; scribam, Quæstor Consuli missus, id esset, à Consule missus. Quod fieri solere obseruamus in ijs, qui damnati à Senatu. Nam Consul, eius caput: administrator autem Consul, Quæstor. Dio lib. LVIII. de Gemino Ruso: Καὶ μάλῶν τὴ ταμίαν ἐπὶ διαίωσει αὐτῆ παρόντα, αὐτὸς τε ἑαυτὸν ἔτερον, καὶ ἐκείνω δεῖξας τὸ τερόμα. Ἀπαγγελῶν, ἔφη, τῆ γεροσίζ, ὅτι ἀνὴρ ἔτως ἀποθήσκει. Audiens Quæstorem ad supplicium exigendum iam adesse, ipsius se vulnerauit: & plagam ei ostendens, Abi, nuncia, inquit, Senatui, vitium sic mori.*  
 68. DEMETRIO CYNICÆ INSTITVTIONIS. ] *Que secta reuera à Stoicâ, iunicâ tantum distat. id est, quod nudius & inuerecundius Cynici, que velant & tegunt leuiter Stoici. Demetrii huius laus apud Philostratum lib. IV. De vitâ Apollonij, Senecam VII. De Beneficijs cap. VII. cuius verba: Paullò antè Demetrium rettuli, quem mihi videtur rerum natura nostris temporibus tulisse, vt ostenderet nec illum à nobis corrumpi, nec nos omnino scribo.*

Suos horta-  
tur & robo-  
rat.  
Cap. 35.

Abiit à vitâ  
ut è conui-  
uio.

spiritus corporisq[ue] inquirebat: donec aduenit Domitius Cæcilianus ex intimis amicis, A  
& ei quid senatus censuisset, exposuit. Igitur flentes quiritantesq[ue] qui aderant, faceffere  
properè Thrasea, neu pericula sua miscere cum sorte damnati hortatur. Arriamq[ue] ten-  
tantem mariti suprema, & 69 exemplum Arriæ matris sequi, monet retinere vitam, fi-  
liæq[ue] communi subsidium vnicum non adimere. Tum progressus in porticum, il-  
luc à quæstore reperitur, lætitiæ propior, quia Heluidium generum suum Italiâ tantum  
arceri cognouerat. Accepto dehinc senatusconsulto, Heluidium & Demetrium in cubi-  
culum inducit: porrectisq[ue] vtriusque brachij venis, postquam cruorem effudit, hu-  
mum super spargens, propius vocato quæstore, Libemus, inquit, Ioui liberatori. Specta  
iuuenis, & omen quidem dij prohibeant; ceterum in ea tempora natus es, quibus firmare animum  
expedit constantibus exemplis. Post lentitudine exitus graues cruciatus afferente, 70 ob-  
uersis in Demetrium. \*

bo, & nos ita enim concludit, ne aut exemplum sæcu-  
lo, aut conuicium deesset) ab illo corripri posse. Vi-  
rum exactæ (licet neget ipse) sapientiæ, firmæq[ue] in  
his quæ proposuit constantiæ. Et Epist. 63, Deme-  
trium virorum optimum mecum circumfero, &  
relictis conchyliatis cum illo seminudo loquor, il-  
lum admiror. Vox eius magni animi ad Neronem,  
ἀπειθείς μοι θάνατον, σοὶ δ' ἢ φύσις, apud Arrianum.

69. EXEMPLVM ARRIÆ MATRIS SEQVI.]  
Arria mater, vxor fuit Cæcine Pæti, qui in partibus  
Scriboniani contra Claudium. Idè ad mortem actus.  
Sed preiuit vxor, eterno & inaudito exemplo, semet  
feriendo; extractumq[ue] pugionem marito porrigendo  
cum voce, Pæte non dolet. Plinium lege, lib. III. epistolâ  
ad Nepotem. Martialis de hac heroinâ,

Castra suo gladium cum traderet Arria Pæto,  
Quem de visceribus traxerat ipsa suis:  
Siqua fides, Vulnus quod feci non dolet, inquit:  
Sed quod tu facies, hoc mihi Pæte dolet.  
In Zonarâ & Dione eadem narratio. sed corruptè ver-

ba Græca, πᾶς ἐκ ἀλγῶς: & in puerili mendo Xylan-  
der, Puer, non dolet. Scribe: Παῖτε ἐκ ἀλγῶς. Hanc  
Arriam Scholiastes in vitâ Persij notat fuisse poëtæ  
illi cognatam. Ipse Persius, inquit, decem ferè annis  
summè dilectus apud Thraseam est, ita vt peregrin-  
maretur quoque cum eo aliquando cognatam eius  
Arriam vxorem habente. Quid est autem, Diligi  
apud Thraseam? Solæcus sermo. Manuscriptus Vul-  
canij, apertithrasea. Facile correctu, à Pæto Thraseâ.  
Commentarij autem huius parum adhuc perunlgati  
auctoritate sæpè nitur. quis carpet? doctus ille, probus:  
imò in plerâque parte & Probi. Vtinam hodie sic com-  
mentemur! Debemus eum P. Pythæo Ic. viro doctrinæ,  
iudicij, vitæ directæ.

70. OBVERSIS IN DEMETRIVM.] Multa & li-  
bro huic, & Neronianæ historiæ deesse clarum. Duo an-  
ni dicendi supersunt, in quibus de aduentu Teridatis,  
de coniuratione Vinicianâ, de motu Vindiciis, aliâq[ue]  
digna quæ à magno auctore tradita legeremus, si Fatis  
ita visum fuisset.

